

*Pedunculi* breves, erecti, floribus raris : spiculis linearibus.

CAL. *Gluma* bivalvis : *valvulis* subæqualibus, dorso rotundatis, apice subacuto, totius spiculæ longitudine.

COR. composita, quinque- sexflora, hermaphrodita : junctim teretiufcula, linearis : flosculis brevibus, alterne axi adpressis.

*Singula* biglumis : *gluma* dorsali oblonga, obtusa, dorso convexo, striato, apice tenuiter membranaceo, mutico ; interiore paulo minore, obtusa, membranacea.

STAM. *Filamenta* tria, brevia. *Antheræ* . . .

PIST. *Germen* ovale, glabrum. *Styli* . . .

PER. nullum, corollæ adnascitur, decidit, non dehiscens.

SEM. ovato-oblongum.

Gramen parvum, uncialis biuncialis vel palmaris altitudinis. Apud Scheuchzerum non invenio.

Festuca hæc affinis valde est Festucæ decumbentis. FL. Svec. 92. differt tamen ab illa, quod tenerrima & omnibus suis partibus minor. Spiculæ descriptæ sunt lineares & congeries flosculorum, omnino teretiufculo-linearis, quæ in Svecica ovato-acuta, congerie flosculorum basi latiore, glumis calycinis magis tumidis, &c.

## AIRA.

AIRA *minuta* panicula laxa ramosissima, flosculis muticis.

Gramen phalaroides, sparsa panicula, minimum angustifolium. *Barr. obs.* 111. p. 1218. *ic.* 144. n. 1. (*non synonym. quod gramen aristatum.*)

Gramen minimum. *Dalech. hist.* 1. p. 432. *descr. breviss.* p. 433. *fig.* 1. *fig. mala.*

Forte *Tournef. inst.* 524. & *Vaill. paris.* 87. n. 41. per Gramen mont. panicula spadicea *intelligunt* hanc *C. Bauh. & Scheuchzeri* est *Agrostis capillaris.* *Fl. Svec.* 62.

*Radix* fibrosa, annua, multiplex, fibrillis simplicibus.